



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1762**

**VD18 90117999**

§. 46. Gerardus S. Bernardi frater obit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](#)

tribuerat. S. Bernardum Balduinus tan- Sæcul. XII.  
A.C. 1138.  
ta veneratione prosequebatur, ut licet  
Cardinalium honore emineret, S. Abbatii  
ab epistolis esse non dignaretur. Hinc  
etiam S. Bernardus Fratribus suis Claræ-  
vallensibus scribens affirmabat, sibi a ca-  
rissimorum Fratrum confortio avulso in  
solo Balduino quidquam solatii super-  
esse.

ep. 144.

## §. XLVI.

*Gerardus S. Bernardi Frater obit.*

Nihil fratrum suorum absentia acerbius  
S. Bernardo accidere poterat; id  
enim despiciimus ex epistolis tenerrimo  
affectu ex Italia ad eos datis, cum tem-  
pore Schismatis ibi commorari cogere-  
tur. Unde quinto post die, sublato vit. lib. IV.  
c. I.  
Schismate & rebus Ecclesiæ compositis,  
nulla interjecta mora, Roma excessit ni-  
hil præter Sanctorum Reliquias referens,  
Clericis, populo & Optimatibus omni- lib. II. c. 7.  
bus abeuntem aliqua viæ parte comitan-  
tibus, scilicet, quem pacis auctorem ex-  
titisse nemo dubitabat. Claramvallem  
reversus Explicationem Cantici repetiit,  
ut ex initio Sermonis vigesimi quarti di-  
spicimus. Haud diu post Fratrem suum  
germanum Gerardum amisit, cuius Ora-  
tionem funebrem Sermonibus suis infe-  
ruit; quamvis enim Explanationem Can- Serm. 26.  
n. 3.  
tici prosequi constituisset, vehementem  
tamen

ep. 143.  
144.

c. 8.

n. 47.

Sæcul. XII. tamen animi dolorem, quem inter fratres  
 A.C. 1138. exequias dissimulaverat, ultra cohibus  
 non potuit. Non autem carissimum fraterem extinctum luget, de ejus felicitate nihil dubitans, sed se ipsum tanto amilio destitutum esse defet. Nam Gerardus, etiamsi literas non didicisset, verum erat maturo judicio, prudentia consummata, ac singulari solertia rem oeconomiam, artes, & negotia tractabat; unde fratrem suum Bernardum ab omni conseruacione temporalium liberabat, & otium ei faciebat, quo orationi, literarum studiis & prædicationi vacaret. Nihilominus Gerardus animo erat ad interiora & spiritualia collecto, atque etiam ipsi Bernardo salutaria suggerebat consilia, ut tu factum legimus, cum eum aliquando, ut ipius humilitatem experiretur, verbo corripuit, quod cuiquam sanitatem temere promisisset, nempe cum primum suum

**Sup. lib.** Bernardus edidit miraculum. Ceterum  
**LXV. §. 43.** in illo Sermone Bernardus dicit, non per  
**vit. lib. I.** **n. 43.**

tare se, quidquam humani a se alienum esse, & lacrymas suas pro fratre fullo excusat adductis exemplis Samuelis, Davidis & ipsius IESU Christi, qui non lumen aliorum lacrymas in Lazari funere non reprehendit, sed & ipse juxta alias flevit.

§. XLVI